

Mutationis proprie due sunt species. scilicet generatio et corruptio.

Generatio est mutatio de non esse ad esse. corruptio e converso.

In substantia non est motus: quia in ipsa non est contrarium.

Motus est tantum in tribus predicamentis scilicet quantitate: et ubi.

Motus in quantitate dicitur augmentum et diminutio.

Motus in qualitate dicitur alteratio.

Motus in ubi dicitur latitudo vel secundum locum mutatio.

Omnis motus fit de contrario in contrarium vel ad medium.

Continua sunt quorum ultima sunt unum vel caro et cutis.

Contingua sunt quorum ultima sunt similes: vel cutis et carnis.

Consequenter se habentia sunt inter que non est medium eiusdem generis: sed interea sunt alia media: vel domus consequenter se habet cum domo inter quas non est domus media.

Quies est privatio motus.

Comentarius.

Sentes ponunt nomen et verbum propria demonstrativa et ponunt nomen cuiuslibet forme quietis: verbum cuiuslibet forme mobili.

Elementa sunt contraria secundum suas qualitates. non secundum suas formas.

Qualitates elementorum sunt eorum forme accidentales et non substantiales licet assimiles formis substantialibus. unde caliditas non est forma substantialis ignis.

Sexti philosophorum.

Nullum continuum potest esse compositum ex indivisibilibus unde linea non potest componi ex punctis.

Inter que libet puncta signata in continuo est dare lineam mediam.

Punctum non est continuum: nec contiguum nec consequenter se habens cum alio puncto.

Continuum est divisibile in semper divisibilia.

Omne corpus est mobile: et omne mobile corpus est.

Omnis motus est in tempore.

Omne quod movetur est divisibile: quia partem est inter terminum a quo et partem in terminum

ad quem movetur.

Terminus cuiuslibet rei est indivisibilis.

Indivisibile non potest moveri: nisi per accidens.

Nulla mutatio est infinita secundum terminos sed bene secundum tempus: vel motus celi.

Forma rei est indivisibilis.

Comentarius.

Indivisibile est terminus divisionis. Generatio et corruptio sunt termini alterationis divisionis.

Alteratio est divisibilis.

Generatio et corruptio sunt indivisibilia.

Septimi philosophorum.

Omnis quod movetur ab alio movetur.

In moventibus et motis non est abire in infinitum: ergo est devenire ad primum motorem.

Movens et motum sunt simul et sine medio.

Virtus est dispositio perfecti ad optimum.

Omnis quod tunc perfectum est: cum attingit propriam virtutem.

Ab experientia particularium accipimus universalem scientiam.

In quietendo et sedendo anima fit sciens et prudens.

Infantes ita bene sentire. iudicare non possunt sicut senes.

Alteratio est solum in tertio specie qualitatis. Sola univoca et non equivoce comparabilia sunt.

Equivoca latent intra genera.

Comentarius.

Quedam sunt propositiones in quibus nec antecedens nec consequens est verum. sed tamen in ipsis valet consequentia: vel si asinus volat habet alas.

Vidi hominem decollatum ambularem huc atque illic multotiens: et hoc non potest esse si principium motus animalis esset in capite: vel dicit galienus.

Perfectio rerum consistit in indivisibili.

Virtus est quedam perfectio.

Octavi philosophorum.

Motus est vita quedam omnibus natura subsistentibus.

Motus est eternus.

Mundus est eternus.

Decet voluntarius sciens quando contrario vitatur scientia.

Prius oportet esse combustibile antequam co-